Iacobi Renaldi Turoni Canonici lingonensis et iuris doctoris in florentissima vniuersitate Andegauẽsi Ordinarie legentis & regentis Tractatus de eo quod interest Ad legem vnicã. C. de sent. quo pro eo quod interest proferuntur.

1526

VERA.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

BIBLIOTECA DE LA UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

¶ Viro illuſtriſſimo ⁊ eruditiſſimo Franciſco boerſo Decano turoneſi. Jacobus Renaldus Salutem plurimã dicit

Multa me cohortata ſunt Pater ampliſſime vt ingenioli noſtri primum partum tibi dedicarem. Scolaſtica conuerſatio/patria/beneuolẽtia/eruditio/generis claritas/mira animi magnitudo/et diuiſ liberalitas. Siquidem apud audeo turi ciuili operam danti/cum profeſſoris munere fungerer/conterraneũ agnitum eo amicitie nexu propria generis veſtri humanitas me ſociauit/vt vnus ex familia turonici decani vulgo crederer / genus autem ſi perſtringere velim/quot occurrent ex patre reipublice irreprenſibiles adminiſtratores/et vt alios preteream quid inuictiſſimo Regi noſtro/ quid ve ipſi Regno potuit natura largiri preſtantius et magis ad tuẽdam atq ornandam rempublicam neceſſarium ꝙ illum diuinum hominem Cardinalem Archiepiſcopuz Senonenſem iuſtiſſimi principis patricium/ cuius ſubtili diligentia ⁊ eximia erga principem fide ⁊ induſtria pernicioſiſſima lue ſuſceptorum/ ⁊ huiuſcemodi furum fiſcalis pecunie (de his enim tantum loquor) reſpublica pene liberata ⁊ purgata eſt/ indulgeat ei vitam infinitam altitonans preſtetq vt cetera quoq reipublice vicia emaculet. Ex matre vero quot offerent ſe antiſtites ⁊ reipublice nobiliſſimi geſtores: veterum etiam principum quaſi patres et in conſilio primi. Sane cuiuſq preclara facinora ſingula hiſtorie voluminna legitima expeterent. Horum omnium ornamẽta ita collegiſti vt omnes omnium ſimilis fideliter exhibeas atq repreſentes/ fautor bonorum/ conſeruator patrie/religionis amator/ vir animo/corpore/ vita/factis/ dictis/integerrimus. Quare merito impulſus ſum vt tibi primum ſtudiorum noſtrorum partum donarem/ſub tuo illiuſq ſummi patricii ſegio intrepidum ⁊ ſecurum ſemper futurum.

Vale.

CAPVT PRIMVM.

ADGRESSVRO TITVLVM de ſententijs, quæ pro eo quod intereſt proferuntur. Prius cæteris excutienda occurrit gl. Rubricę, Ipſa poſt Azonem in ſumma continuat hūc titulum præcedentibus, vt in ea cōtinetur, & ſequitur Odofredus. Sed Bar. & communiter alij reprendunt, quia pro cōfeſſo habet ſententiam de eo quod intereſt plerun꜃ incertam proferri, quo nihil eſt a veritate magis alienum. Vt firmant ijdē doctores hic poſt glo. in. l. ij. ſ. ti. proximo, & in. l. certi condictio, in verbo, ex certo. ff. ſi cer. peta. Inducunt tex. not. in. §. curare, de act. inſti. & hic verſi. in alijs. Nā licet de eo quod intereſt libellus incertus admittatur, vt docēt glo. & Bar. in. d. l. ij. ſ. ti. prox. & glo. & Bar. in. d. l. certi condictio. in prin. & ibi Alex. col. pe. & idem Bar. in. l. ſtipulatio. non diui. in princi. quæſtione fi. ff. de verb. ob. tamen ſubtilitate, & inquiſitione Iudicis certificari debet ſic vt omnino feratur certa ſententia. d. §. curare, & hic.

¶ Iuuat prædictam reprenſionem glo. in. l. fi. ff. ſi quis in ius voca, non ierit. dicens pro eo quod intereſt competere certi condictionē gemina ratione. Primo quia eſto quod principio ſit incertum, poteſt tamen poſtea certificari quod ſufficit. Secundo quia certum eſt ꝑ rerum naturā & ſequitur Iacobinus de ſācto Georgio, Illic atteſtatus hanc eſſe cōmunē opinionē, & idē gl. in. d. l. certi cōdictio. in princi. & in. l. liber homo. §. fi. ff. de verbo. obliga. Iuuat dy. qui in. l. vbi autem non apparet. §. illud. ff. de verb. oblig. referente illic Alberico ſcripſit id quod intereſt in ſe certum eſſe, quamuis contrahentes id ita eſſe neſciant. Iuuat & ipſe Albericus qui in dicto. §. illud id ꝙ intereſt certū eſſe affirmat & pro eo certi condictionē competere. Sed obijcies vt ſtipulatio certa vel incerta iudicetᷣ nō ſentētiæ tp̄s, ſed pręſens inſpici debet. d. § illud, & præced. Licet autem id quod intereſt ſit certum ſi referas ad tempus ſententiæ qua certificatur, attamen inſpecto tempore pręſenti incertum eſt. Et quod præſens tēpꝰ attendere oporteat oſtēdes ſic Si ſtipuler vſumfructū certi fundi incertum ſtipulari videor. Incertum nāq꜃ dum ſtipulor, quot percipiā fructus certum fiet autē quando percipiam idē quom ſtipulor quod

Intereſſe certū ne ſit an icertum.

quid intereſt, id omne redditur. Et differētię rationem dixi, quoniam quum certa eſt quantitas conuēta, qui maius damnum duplo patitur, ſuam culpam agnoſcere debet, qui non quibuſcumq; remedĳs vſus ſit, vt ſibi conuenta ſeruarentur, ſed quum a principio incerta eſt æſtimatio, quicquam actori imputandi non eſt, quum incertus fuerit quantum potuerit ſua intereſſe hoc continet veritas in hoc articulo. Cum vero remedio. l. ĳ. ā. de reſcind. vend. vtimur, tunc ſpectanda eſt communis rei æſtimatio, quæ tempore venditionis fuit non conuēta, in qua deceptio conſiſtit, vt in dicta. l. prætia rerum, ff. ad le. falcid. l. prima, ſi quid in frau. patro. factum ſit, & *notatur in. l. ĳ.* de reſcind. vend. ā.

FINIS.

¶ Finis huius operis, Ad legem pro eo quod intereſt
In alma Pariſiorum academia excuſſum. Impenſis
honeſtorum virorum Clementis Alexandre,
Caroli de bongne, Ioannis varice: et Tyti
courroyer, Almę vniuerſitatis
An degaueñ, bibliopolarum.

M.D.XXIX.